



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aulularia Plautina co-,||moediarum lepidissima

Plautus, Titus Maccius

[Deventer], [ca. 1517]

Strophilus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71292](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71292)

Xulularis:

Quam non ego illi dem hodie insidias seni
Nam is hic iam non audebit aurum abstrudere
Credo efferet iam secum, et mutabit locum
Atat foris crepuit, senex eccum aurum effert foras
Tantis per hie ego ad ianuam concessero

Eucio Strophilus,

A Ixi censebam maximam multo fidem
Esse, ea subleuit os mihi penissime
Nisi subuenisset coruus perissem miser
Nimis hercle ego illum coruum ad me veniat velim
Qui indicium fecit, vt ego illi aliquid boni
Duam, nam quo dedit tam diu, q̄ per dium
Nunc hoc vbi abstrudam, cogito solum locum
Siluani lucus extra murum est auis
Crebo salicto oppletus, ibi sumam locum
Certum est syluano potius credam q̄ fidei
Stro. fuge, fuge, Diu me saluom et seruatu volunt
Jam ego illuc percurram, atq; inscendam aliquā in arbozem
Indeq; obseruabo aurum vbi abstrudat senex
Quamq; hic manere me herus sese iusserat
Certum est malā rem potius queram cum lucro

Adus. 3. **Lycnides adolescens. Eumonia ma-**
ter Phœdria virgo,

O Ixi tibi mater, iuxta rem mecum tenes
Super Eucionis filiam, nunc te obsecro
Fac mentionem cum auunculo mater mea
Resecroq; mater quod dudum obsecraueram
Eu. Scis tute facta vellem eque tu velis
Et istuc confido a fratre me impetrassere
Et causa iusta est siquidem ita est vt p̄dicas
Te eam compressisse vinoletum virginem.